

CRITICA ET EXEGETICA.

SCRIPSIT

J. KOENIGHOFF

PHIL. DOCTOR.

CRI^TICA ET EXEGE^TICA.

SCOTT

J. MÖNNICHOWITZ

1811. Breslau



§. 1.

Quod antiquitati usitatum fuisse scimus, ut a love omne esse principium et crederent et dicerent, idem quum quodam modo dici possit de Homero, in eis quae aut explicare aut emendare in antiquis scriptoribus hoc libello conabimur recte ab illo poeta coopturi esse nobis videmur. Nam sive Graeciae gentis primordia exquirere, sive eius religiones instituta mores disciplinam qua domi bellique usa sit cognoscere, sivi Graeciae linguae originem incrementum mutationem perscrutari, sive operam studiumque in ipsis divini illius poetae carminibus intelligendis collocare volueris, non ita raro fiet, ut ad Homerum tamquam perennem omnis Graecorum doctrinae fontem decurrens quae ab aliis neglecta vel praetermissa aut male exposita perperamque iudicata sint invenias. Quae quum ita sint nemo iam, si modo aliquid effecero, quod tale initium capiam mirabitur.

Atque primum quidem explicabitur Iliadis versus qui in libro *I* legitur 115, *) adhuc ut mihi quidem videtur perperam intellectus.

Graecis et Trojanis ingenti copiarum multitudine ad depugnandum in campum progressis quum Paris sive Alexander optimum quemque ad pugnam provocasset, ubi Menelaum conspicit prodeuntem, obstupefactus ille quidem refugit, sed ab Hectore graviter obiurgatus non iam singulare cum Menelao detrectat certamen, quo de Helena ipsa omnibusque bonis quae una cum Helena abstulerat decernatur. Condicionem propositam Menelaus ita accepit, ut eam foedere quod Priamus ipse feriret sanciri vellet. Iam Homerus hunc in modum pergit *I*, 111—115

ώς ἐφαθ', οἱ δ' ἔχάρησαν Ἀχαιοί τε Τρῶες τε
ἐλπόμενοι πιάνεσθαι διένυδον πολέμου.
καὶ οὐ πόνους μὲν ἔργυσαν ἐπὶ στίχας, ἐκ δ' ἔβαν αὐτοῖς,
τεύχεα τ' ἔξεδύνοντο. τὰ μὲν κατέθεντ' ἐπὶ γαίῃ
πληστον ἀλλήλων, διλήγη δ' ἡν ἀμφὶς ἄρονδα.

Et postrema quidem verba: διλήγη δ' ἡν ἀμφὶς ἄρονδα omnes fere qui in Homeri carmina interpretanda operam contulerunt de spatio exiguo inter utramque aciem Paridi et Menelao pugnaturis relichto, quod Graeci μεταίχιστον dicunt, accipienda esse sibi persuaserunt. Cuius generis ut exemplum ponam, adnotatum est in codice Victoriano: ἀμφὶς ἄρονδα: ἡ διακεχωρισμένη γῆ μεταξὺ Τρῶων καὶ Ἑλλήνων; et in scholiis quae minora sive Didymi vocantur exstat hoce: τὸ μεταξὺ τῶν στρατευμάτων διεῖχον αὐτοὺς χωρον. Atque idem amplectendum esse F. A. Wolfio in scholis quas de quattuor primis Iliadis libris habuit visum est. Hanc autem interpretationem improban-

*) Iliadis carmina aliorum exemplum secutus maioribus, Odysseae minoribus litteris notavi.

dam reiiciendamque esse vidit Ph. Buttmannus. Is enim postquam in libro quem inscripsit *Lexilogum* subtiliter exposuit quaenam vis subesset voci *ἀμφίς*, accuratius in sententiam verborum, de quibus ago inquisivit. Conf. II. p. 223 sq. Neque quisquam erit qui dubitet, quin nullo Homeri loco *ἀμφίς* idem esse quod *inter* recte ille statuerit. Atque spatium illud quod inter utrumque exercitum erat haud ita exiguum fuisse et ipsius rei natura et Homeri verbis satis perspicuis efficitur. Nonne consentaneum erat, milites utrimque satis seiungi distinerique, ne alteri alteros, si certamen singulari minus ex sententia evenisset, statim, id quod ab hominibus alaceri ad pugnandum animo facile fieri potuit, telis armisque peterent? Num ipsi pugnantes, qui et hastam emittebant et gladio rem gerebant Γ, 345, 355, 361; et interdum etiam, quod ab Hectore et Aiace factum legimus Η, 264 sqq. ingentibus se in vicem percutiebant lapidibus, nimia suorum propinquitate coercendi erant? Quod iam in re ipsa positum erat ut fieret, id Homeri etiam verbis satis declarari et confirmari videtur. Hector enim quum ab Alexandro fratre audisset, se non amplius recusare quominus certamine singulari cum Menelao dimicaret, valde gavisus est (v. 77.).

καὶ ὁ ἐς μέσον τὸν Τρώων ἀνεργε φάλαγγας.
Quamquam simili modo dictum est v. 113. *καὶ ὁ ἵππον μὲν ἔργαν ἐπὶ στίχας*, inde tamen Buttmannus, quod verba *ἐπὶ στίχας* perperam intellexit, plus effici putavit, quam significatur. Eodem quippe modo quo Dammius *lexic. Homericō — Pind. s. v. στίχος* interpretatus est: *Achivi et Troiani equos cum curribus retraxerunt ad ordines peditum.* Hac autem in re falsus est; *ἐπὶ στίχας* enim esse *ordines constituentes* s. *facientes*, quod nos dicimus *reihenweise*, ex Homeri consuetudine dicendi satis intelligitur. Σ, 599 sqq. de saltantibus puellis et adolescentibus, qui in Achillis clipeo effecti erant, poeta dixit

*οἱ δ' ὅτε μὲν θρέξασκον ἐπισταμένοισι πόδεσσιν
ὅτεν μάλι, ὡς ὅτε τις τροχὸν ἄρμενον ἐν παλάμησιν
ἔζομενος κεραυνὸς πειρήσεται, αἴ τε Θέρσιν.
ἄλλοτε δ' αὖ θρέξασκον ἐπὶ στίχας ἀλλήλουσιν.*

Seiunguntur sine dubio, qui sive singuli sive, uti nobis nunc fere mos est, bini per orbem saltant, ab eis qui ordinibus constitutis inter se occurront, quod scholiasta B. his verbis explicavit: *λέγει δὲ ὅτι ποτὲ μὲν κυκλοτερῷ τὸν δρόμον ἐποιοῦντο, ποτὲ δὲ ἀντιμέτωποι ἀλλήλοις γινόμενοι κατ' ὁδὸν δὲ ἀλλήλων ἔθεον.*

B, 687 est

οὐ γάρ ἔην ὅστις σφιν ἐπὶ στίχας ἥγησαιτο,
i. e. neque enim quisquam erat, qui eos ordinibus instructos, vel eorum *ordines* duceret. Nam *ἐπὶ στίχας* coniungendum est cum *σφιν*. Conf. I, 156

καὶ οἱ ὑπὸ οκήπτῳ λιπαρὰς τελέονται θέμιστας,
i. e. et eius imperio subiecti opulenta sive larga pendent tributa, et η, 68

ὅσσαι νῦν γε γνωσκες ὑπὸ ἀνδράσιν οἰκονότιν.
Ipse autem Homerus quid *ἐπὶ στίχας* esset quodam modo explicavit v. 326 *οἱ μὲν ἐπειδὴ οὔοντο κατὰ στίχας*; in vulgus enim notum est praepositioni *κατὰ* illam vim multo saepius subesse. Versu igi-

tur 113 non tam grave ad magnitudinem spatii inter utrumque exercitum interiecti definiendam argumentum continetur, quam Buttmanno visum est.

Iam vero Priamus ex urbe arcessitus ut ipse foedus sanciret, cum Antenore in medium Troianorum et Achivorum progressus est, quo ubi Agamemnon et Ulixes una cum praeconibus advenerunt, sacra de ritu siunt, victimaeque caeduntur. Conf. v. 264 sqq. Qua re peracta certamen initur, neque tamen toto inter utrumque exercitum spatio, sed quod Hector et Ulixes dimensi erant. Conf. v. 315 et 344. Res postquam et hastis et gladiis gesta est, Menelaus Paridi galeam, cuius sub mento lorum erat ruptum, abstulit,

τὴν μὲν ἐπειθ' ἥρως μετ' ἐκυνήμιδας Ἀχαιοῖς
ὅτιψ' ἐπιδινήσας.

Conf. v. 377 sqq. Haec omnia non ita angustum inter utrumque exercitum pugnaturis intervallum esse relictum satis demonstrant. Quod autem in hac re gravissimum est, id ex his locis mihi videtur effici: Θ, 474—476

δὴ τότε κήρυκα προξέφη πολύμητις Ὄδυσσεις,
ιώτον ἀπολογοταμών — ἐπὶ δὲ πλεῖον ἐλέλειπο —
ἀργιόδοντος νός, θαλερὸν δὲ τὸν ἀμφίς ἀλοιφὴν.

Θ, 477—481

ὡς γάρ θεσπατὸν ἔστι· σέθεν δὲ ἐγὼ οὐκ ἀλεγίζω
χωσμένης, οὐδὲ εἴ τε τὰ νείατα πείραθ' ἵημι
γαίης καὶ πόντοι, ἵν' Ἱαπετός τε Κρόνος τε
ἥμενοι οὔτ' αὐγῆς Ὑπερίονος Ἡελίοι
τέρποντ', οὐτ' ἀνέμοισι, βαθὺς δέ τε Τάρταρος ἀμφίς.

Ξ, 121—123

Ἄδογότοιο δὲ ἔγημε θυγατρῶν, ναῖς δὲ δῶμα
ἀφρειδὸν βιότοιο, ἄλις δέ οἱ ἥσαν ἄρουραι
πυροφόροι, πολλοὶ δὲ φυτῶν ἔσταν δρυχατοις ἀμφίς.

Ψ, 329, 330

λᾶς δὲ τοῦ ἐκπτεροῦ ἐρημέδαται δύο λευκῶ
ἐν ξυιοχῆσιν ὅδον, λεῖος δὲ ππόδρομος ἀμφίς.

Quae quum apertum sit simillima esse illi loco, de quo disputare instituimus, quis est, cui deliberatum sit, quantopere Homerus in talibus sibi constet, qui ea secernere aliudque alio modo interpretari audeat? Atqui in neutro loco *ἀμφίς* esse potest idem quod *inter*. Sed ne Buttmanni quidem sententiae quos supra transcripsi quattuor loci videntur favere. Quod ut melius intelligatur, ipsius verba placet asserre. ‘Die Helden legten ihre Waffen jeder nahe neben die des andern, und bildeten so, indem sie ebendaselbst sich niedersetzen, gleichsam eine grosse Kampfrichter-Sitzung. Auch so wäre nun allerdings der Ausdruck, von wenigem Raum der zwischen den einzelnen Rüstungen gewesen, ganz richtig; aber eben so richtig ist es auch, dass wenig Raum — *ἄρονρα, Erdreich — um eine jede war.*’ Nescio an aliis idem quod mihi accidat, ut paullulum offendantur

eo, quod *exigua fuisse circum arma terra s. ager* dicatur; languidius certe hoc quidem loco id ipsum dictum esse, quo quum satis declaratum sit verbis τὰ μὲν πατέθεντ' ἐπὶ γαῖῃ πλησίον ἀλλήλων facile carere possimus, spero neminem fore quin sentiat. Accedit illud quod iam significavi. Ex Buttmanni enim sententia verbis δίγη δ' ἦν ἀμφὶς ἄρονα nihil nisi proxima τὰ μὲν πατέθεντ' ἐπὶ γαῖῃ πλησίον ἀλλήλων explicantur. Quos autem supra posui locos simillimos, in eis nova quae-dam sententia assertur verbis postremis. Itaque scholiasta A. scienter adnotavit Θ, 330: *καλῶς ἡ αὐτῆται στίχαι μετὰ τὸ ὅδον.* Conf. quae praeterea ab scholiasta et a Buttmanno ipso l. d. p. 217 de illo loco bene exposita sunt. His igitur argumentis commotus aliam rationem equidem ineun-dam esse duxi. Neque vero iam dissimulanter agere volo, sed aperte quid sentiam eloqui. Ita enim existimo, verbis δίγη δ' ἦν ἀμφὶς ἄρονα hanc subesse sententiam: *exigua erat circum circa terra, omniaque militibus curribus armis oppleta conspiciebantur.* Haec sunt, si quid video, huic loco apta, quo poeta primum facit utrumque exercitum magna copiarum vi congregientem. Et ali-unde, si opus est, aliquid adiumenti peti potest. Quum Paride superato neque condicionibus quibus foedus ictum erat satisficeret, et Pandarus a Minerva Troianis inimica instigatus sagitta in Menelaum emissa indutias per scelus violasset, proelium tandem utrimque atrox committitur. Quod nocte di-rempsum, quum ne singulari quidem Aiakis et Hectoris certamine depugnatum esset, altero die re-novatur, iterumque usque ad noctem pugnatur et a Troianis quidem tam acriter et prospere, ut Hector in ipso campo extra urbem pernoctandum esse censeret. Quam sententiam quum Troianis suadere vellet, quod tanta erat occisorum strages, ut cadaveribus omnia essent impleta, in ipso pu-gnae loco nullam habere potuit contentionem. Conf. Θ, 489—491

Τρώων αὐτὸν ἀγορὴν ποιήσατο φαίδιμος Ἔπιτω,
νόσφι νεῶν ἀγαγὼν ποταμῷ ἐπὶ δινῆσετε
ἐν καθάρῳ, ὅπι δὴ νεκίνων διεφαίνετο χῶρος.

Gravius pondus accederet ex Θ, 213—316

τῶν δ', ὅσον ἐκ νηῶν ἀπὸ πύργου τάφρος ἔεργεν,
πλῆθεν ὁμῶς ἵππων τε καὶ ἀνδρῶν ἀσπιστῶν
εἰλομένων· εἴλει δὲ θοῷ ἀτάλαντος Ἀρη
Ἐπιτωρ Πριαμίδης, ὅπι οἱ Ζεὺς κῦδος ἔδωκεν.

si quam v. 213 scripturam Zenodotus proposuit, accepitque H. Duentzer, ea posset rata haberi. In hoc autem loco perquam sane difficulti quid Homeri verbis aut explicandis aut mutandis aut interpungendis profectum aut turbatum sit recensere et examinare nunc non lubet, in unoque subsistere malo Zenodoto. Is igitur scripsit v. 213 hunc in modum:

τῶν δόσον ἐκ νηῶν καὶ πύργων τάφρος ἔεργεν,
quod Duentzer. interpretatur: *'quantum inde a navibus et turribus fossa (scilicet usque ad urbem) includit.'* Conf. eius librum quem inscripsit: *De Zenodoti studiis Homericis* p. 140 sq. et p. 10 n. 45. Haec autem ratio, ut nihil dicam de verbis illis 'usque ad urbem' non ita facile ut factum video supplendis, improbanda mihi videtur. Uterque exercitus in aciem progressus (conf. v. 60) aliquam-diū ancipiti Marte pugnat, dum Hector et Troiani Achivorum qui tonitru et fulmine territi erant ipsos

fortissimos, Agamemnonem, duo Aiaces, Ulixem, Nestorem, Diomedem in fugam vertunt. Atque Hectorem iam Graecorum mūnimentis appropinquasse patet ex 177—179
*τηνποι, οὐ ἄρα δὴ τάδε τείχεα μηχανόωντο,
ἀβλήχο', οὐδενόσωρα· τὰ δ' οὐ μέρος ἀμὸν ἐρύξει.
ἴπποι δὲ ὁέα τάφον ὑπερθορέονται ὀρυκτήγ.*

Quomodo igitur Graecorum equi virique inter sua castra et urbem Troiam spatum replesse dici possunt?

§. 2.

Faciliore negotio res expediri potest A, 545. Thetis postquam secreto cum Iove egit, ut Achilli dum satisfactum esset penes Trojanos victoria esset, Iuno clandestina consilia resciscere cupiens cum marito rixari adeo coepit. Tum Jupiter:

*"Ηρη μὴ δὴ πάντας ἐμοὺς ἐπιέλπεο μύθους
εἰδῆσειν· χαλεποὶ τοι ἔσοντ', ἀλόχῳ περ ἔονσῃ."*

Atque in alterius versus sententia explicanda interpretes in duas admodum sententias discessisse video. Sunt enim qui hunc in modum interpretentur: *consilia tibi mea, quamvis mea coniux sis, dura et molesta erunt.* Haec autem mihi videntur inter se pugnare. Quae enim Jupiter mente agitavit apud animumque suum constituit tantum abest ut minus iniucunda et gravia Iunoni esse possint ideo quod Iovis sit coniux, ut ob eam causam quam maxime acerba esse debeant. Itaque hanc potius debebant subiicere verbis sententiam: *consilia tibi mea molesta et gravia erunt, quod coniux es.* Atque haud scio an futuri sint, qui hanc explicationem comprobent, quum Iuno eam ipsam ob causam quod Iovis coniux est multum sibi sumat et esse videatur. Conf. A, 59 sq.

*καὶ με πρεσβυτάτην τέκετο Κρόνος ἀγκυλομήτης,
ἀμφότερον, γενεῇ τε καὶ οὐνεᾳ σῇ παράκοπις
κέκλημαι.*

et Σ, 364 sqq.

Neque eis qui ita sentient atque decreverint e particula *περ* quidquam dubitationis exoriturum esse puto, quum ex Homero ciusmodi locos peti liceat, qualis est Ω, 130

ἀγαθὸν δὲ γνωτικόν περ ἐν φιλότητι

μίσγεοθατ

Conf. Hartung. Graec. partic. I. p. 336 sq. Ego vero hunc locum hoc in genere non diversum esse existimo ab eo qui legitur I, 343 sq.

*ώς καὶ ἐγὼ τὴν
ἐξ θυμοῦ φίλεον, δονοικτητὴν περ ἔονσαν.*

et Φ, 482 sq.

Itaque alterum interpretationis genus dispiciendum erit num probari possit, quam esse volunt hanc: *gravabunt consilia mea mentem tuam, quum sint ampliora maioraque, quam quae a muliere per-*

cipi possint. Conf. quae Naegelsbach. ad h. l. adnotavit. Scio equidem viros apud Homerum multa sibi postulare et vindicare quae mulieribus non concedantur. Conf. Z, 490 sqq.

ἀλλ᾽ εἰς οἶκον ἰοῦσα τὰ σ' αὐτῆς ἔργα κόμιζε,
ιστόν τ' ἡλακάτην τε, καὶ ἀμφιπόλουσι κέλευθε
ἔργον ἐποίησθαι· πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει
πᾶσιν, ἐμοὶ δὲ μάλιστα, τοῖς Ἰλίῳ ἐγγεγάσσιν.

et a, 356 sqq. et φ, 350 sqq. Itaque non contenderim, id quod Koeppen fecit, illam sententiam pro actate Homerica magnificentiorum esse. In mulierum autem imbecillitate et infirmitate dubito an ἄλοχος apud Homerum numquam dicatur. Insignis ad eam ipsam rem declarandam locus est T, 95 sqq.

καὶ γάρ δὴ νύ ποτε Ζεὺς ἄσσατο, τόνπερ ἄριστον
ἀνδρῶν ἡδὲ θεῶν φασ' ἔμμεναι· ἀλλ᾽ ἄρα καὶ τὸν
“Ηρη, θῆλυν τοι εὖσα, δολοφροσύνης ἀπάτησεν.”

Et θηλύτεραι γυναικες imbecillitate et teneritate sua cedunt viris. Conf. Θ, 517 sqq.

κήρυκες δ' αὐτὰν Διὶ φίλοι ἀγγελλόντων
παῖδες πρωθῆβας πολιορκοτάφους τε γέροντας
λέξασθαι περὶ αὐτῶν θεοδμήτων ἐπὶ πύργῳ.
θηλύτεραι δὲ γυναικες ἐνī μεγάροισιν ἔκαστη
πῦρ μέγα καιώντων.

λ 386 et 434, ω 422, ψ 166, ω 202. Itaque quum res in altera quoque explicatione haereat, hanc-diversam equidem propono: *consilia tibi mea ad resciscendum erunt difficilia, quamvis coniux sis.* Concedit quidem Iupiter Iunonem iure quodam quum sit uxor postulare, ut multa quae alii celebentur cognoscant, neque tamen fore, ut omnia quae agitet comperiat, quamvis enixe sciscitur. Itaque in eadem sententiam magis aperte Iupiter addit

ἀλλ᾽ ὅν μέν καὶ ἐπιεικὲς ἀκούειν, οὐτὶς ἐπειτα
οὔτε θεῶν πρότερος τόνυ' εἴσεται οἵτ' ἀνθρώπων.
ὅν δέ καὶ ἔγων ἀπάγενθε θεῶν ἐθέλωμι νοῆσαι,
μήτι σὺ ταῦτα ἔκαστα διείσθε, μηδὲ μετάλλα.

Iupiter est δολομῆτης (A 540) rationemque eam probat, quam Agamemnon commendat Ulixi λ 441 sq.

τῷ νῦν μή ποτε καὶ σὺ γυναικί περ ἥπιος εἶναι·
μή οἱ μῆθοι ἀπαντα πιρανσόμεν, ὅν καὶ εἰδῆς,
ἀλλὰ τὸ μὲν φάσθαι, τὸ δὲ καὶ κερδονιμένον εἶναι.

In verbis autem χαλεποί τοι ἔσονται, si quis id voluerit, supplere poterit infinitivum εἰδῆσειν vel potius εἰδέναι, ut iam hic versus similis fiat Φ 482 χαλεπή τοι ἔγω μένος ἀντιφέρεσθαι τοξοφόρῳ περ ἑούσῃ, Y 131 χαλεποί δὲ θεοὶ φαινέσθαι ἐραογεῖς aliis; de quo dicendi genere quum antea multum diligenter et perplexe expositum sit, accurate et subtiliter disseruit Gu. Lucas in programmate gymnas. Embric. a. 1842. p. 13 sqq.

Fr. Jacobs autem, ut hoc addam, quum scribit opp. miscell. vol. IV. p. 191: ‘Als Hera voll Mis-

trauens nach dem Inhalte der Berathungen des Gemahls mit der Mutter des Achilles forscht, verweist ihr Zeus ihr anmaassendes Eindringen in seine Geheimnisse mit den Worten: "es komme ihr nicht zu, jeden seiner Beschlüsse zu wissen, ob sie gleich seine Gemahlin sei; dasjenige aber was ihr zu hören gezieme, solle weder ein Gott noch ein Mensch früher erfahren als sie (Ilias I, 545 ff.)"; a vera loci sententia eo aberravit, quod adiectivo *χαλεποὶ* alienam subiecit vim.

§. 3.

Z, 157 sqq.

*αὐτάρ οἱ Προῖτος κακὰ μήσατο θνητῷ,
ὅς δέ εἰς δῆμον ἔλασσεν, ἐπεὶ πολὺ φέρτερος ἦεν
Ἄργειον· Ζεὺς γάρ οἱ ὑπὸ σκήπτρῳ ἐδάμασσεν.*

verba aliter atque Homeri usus et ipsa sententia videntur postulare, nunc coniungi existimo; interpungunt enim ita ut supra factum est. Itaque hunc in modum interpretantur: *Proetus Bellerophontem e civitate expulit, nam multo potentissimus erat Argivorum. Conf. ut unum huius sententiae testem neque eum infimi loci afferam, J. H. Voss. ita interpretantem:*

*Prōtos aber ersann ihm böses im Herzen,
Der aus dem Land' ihn vertrieb; denn allgewaltig beherrscht' er
Argos Volk, und Zeus vertraut' ihm Zepter und Obmacht.*

Tum vero comparativus *φέρτερος* nescio quid insolens habet, quod offensione non vacet; accedit quod *ἐκ δήμου* parum definite positum, et genitivus *Ἄργειον* proximis *ἐπεὶ πολὺ φέρτερος ἦεν* moleste additus videtur, quum in hac ipsa dictione is quo quis superior sit apud Homerum fere non plane et nominativum significetur, sed ex reliquis facili opera intelligatur et suppleatur. Conf. A, 56, H, 105, Θ, 144 et 211, X, 40, χ, 289; P, 168 tamen ne quid celem *σέο* additum est: *ἐπεὶ σέο φέρτερός ἔστιν*. Neque usquam alibi me legere memini haec verba de eo, qui principatum et regnum in populum quendam tenet. His causis commotus illud *Ἄργειον* a verbis: *ἐπεὶ πολὺ φέρτερος ἦεν* secretum cum verbis *ἐκ δήμου* coniungo. Quo facto haec nascitur sententia: *Proetus Bellerophontem, quo erat multo superior, s. quum hoc esset multo superior, e terra vel populo Argivorum expulit, hos enim Iupiter eius potestati subiecit.* Olim hos versus in hunc ipsum modum fuisse acceptos et distinctos, haud scio an colligi liceat ex eis quae in codice Veneto altero et Lipsiensi annotata sunt ad v. 158: *ὅς δέ εἰς δῆμον: ὁ Προῖτος ἐκ τοῦ τῶν Άργειον δήμου, διὰ τὴν ἀρχὴν τοὺς γὰρ Άργειον ὁ Ζεὺς τῇ βασιλείᾳ Προῖτον ὑπέταξεν.*

Longe autem a vero aberrasse censendus est Conr. Schwenk., quum in libro suo qui est de Mythologia Graecorum p. 477 haec scripsit: 'Da Bellerophon Anteia's Liebe nicht erhörte, klagte sie ihn bei dem Gatten (Prōtos) des Angriffs auf ihre Keuschheit an, und dieser, das Gastrecht scheuend, sandte ihn, den er als den die Argiver weit übertreffenden Helden gerne weghaben wollte nach Lycien zu seinem Schwäher Iobates.' Possunt haec nullo modo probari, nisi verba *Ζεὺς γὰρ ς. τ. ἐ.*, ut alia omittam, omni vi destituta esse volumus.

§. 4.

Non alienum erit hinc ad alium eiusdem generis locum transire. Magna enim et antiquitus et nostris temporibus de verbis *K*, 355 et 356 recte coniungendis atque interpunctione distinguendis fuit dissensio. Atque quum ab eis qui nuper de hoc loco exposuerunt rem expeditam non esse existimem, eam retractare visum est.

Dolo Troianus Hectoris promissis commotus celeri cursu ad Graecorum castra explorandi causa contendit, sed quum a tergo strepitum quendam audisset, substitit,

ἔλπετο γὰρ κατὰ θυμὸν ἀποστρέψοντας ἐταίρους
ἐκ Τρώων λέναι πάλιν Ἐκτορος ὄτρούναντος.

Quaesitum igitur est utrum post *Troōn* an post *lēnai* an denique post *pálīn* interpunctionis nota collocanda esset. Atque eos quidem qui verba *lēnai* *pálīn* "Εκτορος ὄτρούναντος" cohaerere censerent a vero aberrasse bene perspexit Spitzner. Verbum *ἔλπεσθαι* enim ex constanti Homeri usu nusquam participium habet adjunctum, sed aut infinitivum accusativo quodam ut ratio postulat vel addito vel omissio, aut nomen quoddam, cuius generis est *ἔλπετο νίκην* *N*, 609, *O*, 539, aut loco nominis pronomen aliquod, velut *γ*, 275 ὁ *οὐποτε ἔλπετο θυμῷ*, et *φ*, 317

οὐδὲ αὐτός πον τοῦτο γ' ἐνὶ στήθεσσιν ἔολπεν.

Commendarunt tamen hanc rationem scholiastae AD his verbis: *στικτέον μετὰ τὸ ἐκ Τρώων λέναι γὰρ ὁ λόγος, ἥλπιζε γὰρ ὁ Δόλων ἐταίρους αὐτοῦ ἐκ τῶν Τρώων ὑπάρχειν, ὡς κελεύσαντος τοῦ Εκτορος εἰς τούπισσαν αὐτὸν ὑποστρέψαι· ἀποστρέψοντας γὰρ εἰς τούπισσαν καλέσοντας.*

Iam vero qui *pálīn* a superioribus separatum cum verbis "Εκτορος ὄτρούναντος" coniunxerunt ita, ut hunc in modum interpretarentur: quum iterum *Hector* misisset, eo peccarunt, quod vocabulo *pálīn* vim a carminibus Homericis prorsus alienam subiecerunt. Nemo enim iam dubitare potest, quin illud de tempore nusquam, semper de loco dictum sit, atque idem quod *retro*, vel ut scholiastae interpretantur, *εἰς τούπισσαν* valeat. Conf. Lehrls. *de Aristarchi studiis Homericis* p. 100. Sed Dammius s. v. *ὄτρον* et *pálīn*, Lehrsius l. d., Spitzner neque *pálīn* ab "Εκτορος ὄτρούναντος" dirimi et propriam suamque vim retinere voluerunt. Dammius enim interpretatur: *Hectore iubente ut reverteretur*, Spitzner: *Hectore redditum iubente*. Etsi horum virorum auctoritatem in carminibus Homericis explicandis omnes recte magni facere sentio, difficultas tamen quedam hic adesse mihi videatur, qua ne eis assentiar impediatur. Etenim nisi quid me fugit, verbum *ὄτρονται* apud Homerum eis finibus continetur, ut nusquam dicatur de eo, qui per alterum quid imperat, hortatur, excitat, id quod hoc loco factum esset, si illorum virorum rationem probandam esse censeremus. Neque aoristus *ότρούναντος* illi interpretationi accommodatus esse mihi videtur. Quae quum ita sint, restat, ut consideremus, num *pálīn* ad verba superiora apte referri possit. Qui hoc ita fecerunt ut *pálīn* cum *lēnai* cohaerere et utrumque ex participio *ἀποστρέψοντας* aptum esse vellent, eo maxime lapsi sunt, quod verbum *ἔλπεσθαι* opinati sunt participium *ἀποστρέψοντας* posse ita adjunctum habere, ut sententia esset: 'speravit enim animo socios e Troianis ut reverteretur revocaturos Hectore iubente.' Id autem sane est quod mirere Spitznerum hanc viam a scholiasta A iam patefactam

esse insigni quadam negligentia pronuntiassse. Is enim eam huius loci expediendi rationem iniit, quam unice veram esse mihi persuasi. Adnotavit autem haec: ἡ διπλῆ, ὅτι τὸ πάλιν συναπτέον τῷ ἀποστρέψοντας, ἵνα η̄ εἰς τούπισω ἀποστρέψοντας. Sententia igitur est: *sperabat enim animo socios e Troianis venire, id quod Hector iussisset, qui se (ab instituto in Graecorum castra itinere) retro averterent vel revocarent.* Illa autem verborum collocatio, quod hyperbaton appellatur, neminem offendet, qui reputaverit, id fere usurpari ubi sententiae vis intendenda sit, hoc autem loco maximum pondus habere ipsa illa verba ἀποστρέψοντας πάλιν. Iuvat per saturam nonnulla huius generis exempla ex Homero attulisse; *a.*, 4, *d.*, 436, 462, *z.*, 437, 458, *λ.*, 160 sq. *B.*, 22, 59, 483, *K.*, 375.

Potest tamen illa verbi transgressione, ut cum Quintiliano loquar, interdum fieri ut orationi obscuritas quaedam offundatur aut ambigatur, quo referenda sint singula verba. In eo numero habendus est *K.*, 391.

πολλῆσιν μ' ἄτησι παρὲκ νόον ἥγαγεν Ἐπιτωρ. Nam si comparaverimus *Y.*, 134 "Ἡρη, μὴ χαλέπαινε παρὲκ νόον, et *h.* in *Mercur.* 546 sq.

ὅς δέ κε μαψιλόγοισι πιθήσας οἰωνοῖσιν μαντείην ἔθέλησι παρὲκ νόον ἐξερεεῖνειν, verba παρὲκ νόον censemus coniungenda esse; sed *ex h.* in *Vener.* 36 καὶ τοῦ εἰα ποιητοῦ εἰπειν εἰς 103 sq.

ἀλλὰ μάλ' οὐπως ἔστι Διὸς νόον αἰγιόχοιο
οὕτε παρεξελθεῖν ἄλλον θεὸν οἴθ' ἀλισσαι *z. T. έ.*

recte videtur colligi posse, παρὲκ νόον ἥγαγε esse Atticorum νόον παρεξήγαγεν. Prout alterutrum praeoptaveris, necesse erit μ' ἄτησι esse dicas με ἄτησι aut μοι ἄτησι, ita ut hic locus iam accedere possit eis quae Spitzner *Excurs. XIII de diphthongorum elisione* §. 3 disputavit. Non satis autem attendit ad Homeri usum loquendi Heynius qui adnotavit: πολλῆσιν ἄτησιν est pro εἰς πολλὰς ἄτας, εἰς μεγάλην βλάβην, induxit me; et I. H. Voss. interpretans *oītē παρεξελθεῖν* *bethörende Reden*.

Ach zu jammer und weh verleitete Hector das Herz mir atque huius vestigiis ingrediens Wiedasch.

Ach zum grossen Verderben verleitete Hector das Herz mir. Dixit Homerus *B.*, 111 et *I.*, 18

Ζεὺς με μέγα Κρονίδης ἄτη ἐνέδησε βαρείη *et T. 88*

οἵτε μοι εἰν ἀγορῇ φρεσὶν ἔμβαλον ἄγριον ἄτην,
sed nusquam quantum scio apud Homerum invenitur ἄτην vel παρεξάγειν τινὰ τινί.
Quae vis autem subesset ἄτησιν, in cuius locum Bentleius temere substituebat ἀπάτησιν vel ἀρῆσιν, exposuit Naegelsbach. *theolog. Homer.* p. 272 interpretans 'bethörende Reden'.

§. 5.

In luculentis illis versibus, quibus singulare Hectoris cum Aiace certamen describitur, sunt hi *H.*, 268—272

δεύτερος αὐτ' Αἴας πολὺ μείζονα λᾶαις ἀείρας
ἥκ' ἐπιδινήσας, ἐπέρεισε δὲ τὸν ἀπέλεθρον,
εἶσω δ' ἀσπίδ' ἔσει βαλὼν μυλοειδέι πέτρῃ,
βλάψε δέ οἱ φίλα γούναθ· ὁ δ' ὑπτιος ἔξετανίσθη
ἀσπίδ' ἐνιχομφθείς· τὸν δ' αἷψ' ὥρθωσεν Ἀπόλλων.

In quibus quum nonnulla quae explicazione egere viderentur ab aliis satis explanata esse viderem, remansit tamen dubitatio in verbis: ὁ δ' ὑπτιος ἔξετανίσθη ἀσπίδ' ἐνιχομφθείς. Non alienum igitur esse duco, quid ab interpretibus et antiquis et recentioribus allatum sit cognosse. Atque in Veneto quidem altero et Lipsiensi codice haec legimus ad v. 271 et 272 ἔξετανίσθη ἀσπίδη ἐγχομφθείς: οὐκ εἶπεν ὅπο τοῦ λιθον ἀλλὰ καὶ ὅπο τῆς ἀσπίδος. συνῶσε γὰρ αὐτὴν ἐπ' αὐτὸν ἡ βολὴ. Heynius suam de hoc loco sententiam maxime aperuit vol. I. p. 384 his verbis: ἀσπίδ' ἐνιχομφθείς, illitus. Nam saxo tanta cum vi immisso scutum illidi et infligi genibus necesse erat; supinus ita recidit Hector, scuto desuper implicitus et oppressus. Idem sensit Koeppen. In Dammii autem lexico Homericō Rostii opera in Germania divulgato haec sunt s. v. ἐγχομπτω: ἀσπίδ' ἐνιχομφθείς, H., 272, manu inserta clypeo suo, da er sich dort fest an den Schild hielt und den nicht aus der Hand liess? In eandem sententiam interpretatus est I. H. Voss.

Und ihm verletzt' er die kniee, dass rücklings jener dahin sank,
Fest den schild in der hand; doch schnell erhob ihn Apollon.
eumque secutus E. Wiedasch.

Und er verletzt' ihm die Kniee, so dass rücklings er dahin sank,
Fest noch haltend den Schild: es erhub alsbald ihn Apollon.
Passovius autem explicavit: 'mit dem Schilde zur Erde geworfen.' Sed nihil ex his quae ab aliis alio modo exposita videbam mihi quae propria verbo ἐγχομπτειν subesset vis, quidque Hectorem statu suo deiectum fecisse consentaneum esset cogitanti satisfecit. Atque huius quidem verbi quae princeps veraque significatio et notatio esset recte iam expositum esse arbitror, sonat enim nihil aliud nisi admoveare, facere ut quis accedat vel appropinet, et quum impetus fere celerisque motus notio accedat, appellere, allidere, illidere, impingere. Itaque Suidas ἐγχομπτειν esse scribit idem atque ἐγγίζει, ἐγχομφθεῖσα autem προσπελασθεῖσα. Neque ab hoc usu Homerus in reliquis locis quibus hoc verbum usurpatum est recessit. Conf. P., 404 sq.

τὸ μιν οὐποτε ἐλπειο θυμῷ
τεθνάμεν, ἀλλὰ ζών, ἐνιχομφθέντα πύλησιν,
αἷψ' ἀπονοστήσειν.

i. e. quare illum (Patroclum) nunquam putabat (Achilles) mortuum, sed quum moenibus appropinquasset reversurum esse.

Ibid. 412 sq.

οἱ δ' αἰεὶ περὶ νεκρὸν ἀκαχμένα δούρατ' ἔχοντες
νωλευεῖς ἐγχομπτοντο, καὶ ἀλλήλους ἐνάριζον.

i. e. assidue appropinquabant vel concurrebant.

N, 146 στῆ ἥα μάλ' ἐγχριμφθεῖς est: (Hector) *stetit magno impetu ad hostium agmina latus et abreptus.*

Ψ, 334 auriga iubetur brevissimo gyro currum equosque circa metam flectere neque ipsam attingere his verbis

τῷ σὺ μάλ' ἐγχριμψας ἐλάσαν σχεδὸν ἄομα καὶ ἵππον.

et v. 338

ἐν νύσσῃ δέ τοι ἵππος ἀριστερὸς ἐγχριμφθήτω.

Denique legitur E, 661 sq.

αἰχμὴ δὲ διέσσυντο ματιώσωσα

ὅστεώς ἐγχριμφθεῖσα

i. e. *cuspis hastae ossi infixā et inhaerens.*

Verbum simplex legitur οὐ, 516 χριμφθεῖς πέλας, quod scholiasta interpretatur προσπελασθεῖς.

His igitur finibus apud Homerum huius verbi usus continetur. Neque vero hinc transitum esse video ad ullam ex eis significationibus, quas loco, unde exorsi sumus, tribuerunt, comprobandam, nisi forte casuum enallage quam dicunt tamquam machina usus ἀσπίδ' ἐνιχριμφθεῖς opinere dictum esse pro ἀσπίδος αὐτῷ ἐνιχριμφθεῖσης. Sed his quae contrita esse constat missis, experiamur num quid rectius invenire possimus. Hector, quum Ajax eius scutum saxo ingenti iacto vehementer percussisset, statu suo deiectus est ita ut humi resupinus caderet. Hoc autem antequam accideret cogitandum est, Hectorem, ut fieri solet, manibus brachiisque celeriter retrorsum motis, ut a lapsu se sustineret, operam dedisse. Quod quum ei non contigisset, *scuto*, cui brachium erat insertum, *iniectus atque illitus est*.

§. 6.

Homeri virtutes praecipuo quodam modo elucidare illa oratione qua Achilles Agamemnonis condiciones per Ulixem et Aiacem ad se placandum propositas reiicit, et alii viderunt et ipse magis magisque quotiescumque repetita lectione eam pervolutavi sentire atque intelligere mihi visus sum. Admirabili enim quadam arte naturae veritatem secutus Achillis ingenium moresque descripsit. Hanc autem rem, de qua neminem fore arbitror qui dubitare possit, si tenuerimus, nonnullis locis, qui aut dubie et ambigue dicti aut offensionis aliiquid habere visi sunt, lucem suam iustumque interpretationem allatum iri existimavi. Ac primum quidem inter se dissident aut dubitant quaenam vis I, 309 subiicienda sit verbo ἀποειπεῖν, utrum idem valeat atque *denegare*, an *dicere vel eloqui*. Illud secutus I. H. Voss. versum ita reddidit:

Sieh' ich muss die Rede nur grad' und frank dir verweigern.

Atque fieri constat et in hoc verbo et in aliis cum praepositione ἀπὸ iunctis, ut notio in varias diffundatur partes. Itaque ἀπομνήναι esse potest et *iurare s. iusiurandum dare et eiurare*. Apud Homerum autem quum A, 514 sq. scriptum sit

τημερτές μὲν δὴ μοι ὑπόσχεο καὶ πανίνενσον,
ἢ ἀπέειπε.

propter opposita dubitatio nulla esse potest quid sit ἀπέειπε, eademque est ratio *I*, 673 sqq.

τὸν ἄγε μ', ὡς πολύαιρ' Ὀδυσσεῦ μέγα πῦδος Αχαιῶν,

ἢ δ' ἐθέλει τῆσσαν ἀλεξάμεναι δήμον πῦρ,

ἢ ἀπέειπε, χόλος δ' ἔτ' ἔχει μεγαλήτορα θυμόν;

Sed *H*, 416

δ' δ' ἄρ' ἤλθε καὶ ἀγγελίην ἀπέειπεν

et π, 340

αὐτῷ ἐπειδὴ πᾶσαν ἐφημοσύνην ἀπέειπεν

aperte significat *renuntiare*, *palam dicere*, *exponere*. Atque hanc solam significationem ingenio Achillis ac naturae illius loci accommodatam esse mihi persuasum est. Inter Achillis virtutes maxime excellit apertus eius et simplex animus, quum non aliud in ore promptum aliud in pectore reconditum habeat, sed aperte quaecunque sint prae se ferat, et haec ipsa re exemplum prorsus contrarium prodat Ulixis multiplici ingenio omnia sicut res postulat simulantis aut dissimulantis. Quid igitur aptius fieri potuit, quam quod hunc sensum adversus Ulixem initio orationis ostendit? Neque hanc sententiam non postulant quae v. 312 sq. explicationis causa addita sunt

ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὅμως Ἄιδαο πύλησιν,

ὅς οὐτερον μὲν πενθεὶ φρεσίν, ἄλλο δὲ εἴπει.

in quibus si verbo ἀπειπεν vindicare velles vim *denegandi* vel *recusandi*, particula γὰρ non habaret quo referretur. At quis dixerit propter v. 311

ὡς μή μοι τρύζητε παρήμενοι ἄλλοθεν ἄλλος

necessere esse ut ἀπειπεν accipiat pro *denegare*. Sed Achilles, quem omnes in sententia sua pertinaciter constare sciebant, exspectare poterat se, quum quae sentiret palam et aperte dixisset, nullo iam modo tentatum iri. Aliquid praeterea adiumenti ad rem nostram tuendam accedere potest ex α, 272 sq.

ἡδῶθεν δ' ἀγορήνδε παθεζώμεσθα κινέτες

πάντες, οὐ νῦν μαῦρον ἀπηλεγέως ἀπείπω,

εξιέναι μεγάρων.

Nam de hoc loco quin Nitzsch. ad α, 90 erraverit non dubito. Eadem vis igitur vindicanda erit *I*, 431, eodemque modo accipendum erit *I*, 422 et 649 ἀγγελίην ἀπόφασθε; ab hoc enim verbo, quod Atticis scriptoribus, Sophecli Xenophonti aliis idem est atque *negare*, *recusare*, apud Homerum semper omnis abest vis negandi. Quod mirum foret si Aristar hi diligentiam effugisset; nihil tamen quod sciām in eis quae nobis relicta sunt scholiis de hac re adnotatum legitur. Sed *I*, 510 non dubito quin verbis καὶ τε οτερεως ἀπειπη vis eorum quae proxima sunt ὅς δ' ἐκ ἀνήνηται magis etiam intendatur et augeatur.

Non dispar est ratio *T*, 181 sqq.

Ἄτρειδη, σὺ δ' ἐπειτα δικαιότερος καὶ ἐπ' ἄλλῳ

έσσειτον μὲν γάρ τι νεμεσητόν, βασιλῆα
ἄνδρον ἀπαρέσσασθαι, διε τις πρότερος χαλεπήνη.

Nam alii ἀπαρέσσασθαι voluerunt idem esse quod *omnino sibi placare*, alii interpretati sunt δυσαρεστῆσαι. Illud iam praeivit scholiasta B adnotans v. 183. ἄνδρον ἀπαρέσσασθαι: ἀμφίβολον διὰ τὴν αἰτιατικήν. έστι δὲ τὸ ἀπαρέσσασθαι τὸ τῆς ἀρᾶς ἀπάραι, τοντέστι τῆς βλάβης ἀπαλλάξασθαι καὶ ἐξιλάσσασθαι. Quod vereor ne I. H. Voss. Spitzner alii non recte secuti sint. Regem sane si quem iniuste laesit ac violavit placare non turpe est neque eius persona indignum. Sed in hac re significanda Homerus, si quid video, non dixisset οὐ νεμεσητόν. Magis etiam offendor verbis διε τις πρότερος χαλεπήνη, quod quale sit cognosci ac perspici licet ex hac Dammii verborum interpretatione s. v. ἀπαρέσκομαι: ‘neque est indignum ut rex placare studeat virum, si quis rex prior molestus fuerit.’ Exspectamus enim, nisi omnia me fallunt, verbis illis non tam regem, quam eum qui iniuria affectus sit accuratius significari ac definiri. Neque spero fore ut quis hanc difficultatem removere studeat versu ter repetito

ἄνδρον ἀπαμίνασθαι, διε τις πρότερος χαλεπήνη.

Conf. Ω, 369, π, 72, φ, 133. Mollivit rem I. H. Voss. paullo liberius interpretans

Atreus sohn, du wirst auch billiger gegen die andern

Künftig sein; denn es ist nicht unanständig dem König,

Einen Mann zu versöhnen, nachdem er zuerst ihn beleidigt.

Bentleium autem qua erat subtilitate illud molestum quidquid est sensisse inde patet, quod pro διε τις legendum esse opinabatur οὐτε, quae coniectura tamen ut per se parum probabilis est, ita reiicienda eo quod Homerus nusquam dixit χαλεπαίνειν τινά. Denique quominus illis versibus eam quam voluerunt sententiam subiiciamus, ipsa orationis perpetuitate prohibemur. Quid enim causae est, cur Ulixes Agamemnonem in posterum fore iustiorem in alios sperare possit propterea, quod regi turpe non sit iniuria affectum placare?

Quae quum ita sint, interpretationem quae tot difficultatibus impedita est haud inviti relinquimus. Omnia autem mihi bene inter se convenire videntur in hac verborum sententia, quam Passov. et Rost. amplexi sunt: *neque enim reprehendi potest, virum regium molestia affici, quum quis iniuriā ei prior intulerit.* Agamemno qui βασιλεύτας et esse et haberi vellet (conf. Δ, 185 sqq. I, 160 sq.), quum suam auctoritatem aut imperata negligi putabat, in ipsos fortissimos viros interdum immodestius et iniustius agebat. Conf. Δ, 338 sqq. Hi autem quamquam summi ducis imperio parere debebant, tali modo habiti ac tractati neminem tamen posse Ulixes ait moleste ac graviter ferre quod indignantur, quamobrem Agamemnonem ut hoc iam caveat maiore in eos aequitate ac iustitia utendo admonet. Hanc autem sententiam ut per se aptam esse et convenientem appareat, ita quominus Graeca verba in hunc modum accipiantur nihil obstare paucis iam explicemus. In qua quidem re difficultas quaedam ex verbo ἀπαρέσσασθαι oritur. Nam βασιλῆα ἄνδρα Homerus hoc loco dixit non aliter atque Γ, 170 βασιλῆι γάρ ἄνδρι ἔστιν. Conf. ω, 253. Verbum ἀπαρέσκειν igitur quum ab omnibus scriptoribus Graecis non ita saepe usurpatum est, tum apud Homerum hoc uno loco legitur. Activo vi *displicendi* subiecta usus est Thucyd. I, 38 τοῦσδε ἀν μόνοις οὐκ ὁρῶς ἀπαρέσκομεν, et Plat.

Theaet. 202 D ἐν μέντοι τί με τῶν δηθέντων ἀπαρέσκει. Herodotus autem quum locis compluribus verbo simplici ita utatur, ut ἀρέσκομαι τοιτῷ idem valeat quod *in hac re mihi placeo, hac re delector vel contentus sum* (conf. Schweigaeuser. lex. Herod. s. v.), non video quid sit cur ἀπαρέσκεσθαι is non dicatur, cui quid displiceat, vel qui iniquo animo quid ferat ac molestia afficiatur.

§. 7.

Immodica qua Achilles accensus erat honoris gloriaeque cupiditate optime exprimitur versibus I, 315—222; sed ex his v. 319 et 320

ἐν δὲ ίῃ τιμῆς ἡμέν τακός ἥδε καὶ ἑσθλός.
ζάτθαν' ὅμως ὁ τ' αἰεγὸς ἀνήρ ὁ τε πολλὰ ἔοργως.

magnae fuerunt offensioni. Quae qualis sit quum ex eis quae Koeppen. disseruit maxime intelligi possit, eius verba transcribere visum est. ‘Ich zweifle sehr an der Aechtheit beyder Verse. Der Sinn des vorhergehenden ist: ich, der ich während der Zeit, dass die andern im Lager ruhig standen, die Länder der Trojaner verheerte: also allein Beute erwarb, ich erhalte nicht mehr, als die übrigen alle. S. 383 f. Der folgende Vers ist also als Erklärung von 318 überflüssig, oder, wenn er richtig übersetzt wird: der Feige und Brave erhält gleiche Ehre, falsch. Denn Achill wurde mehr geehrt als andere, und selbst von Agamemnon S. v. 226. Doch könnte man vielleicht sagen, man müsse es eingeschränkt, von der Vertheilung der Beute, fassen: da ehre man jeden ἄραξ gleich. — Doch noch mehr hat 320 wider sich. Dass der thätige oder thatenreiche Krieger so gut stirbt, wie der Unthätige, ist das Agamemnons Schuld? So darf man es nicht fassen, wenn Achill nicht eine Absurdität sagen soll. Aber auch als allgemeine Sentenz hört sie hier eben so wenig her. Denn wo man auch diese Sentenz findet, da ist sie Beweggrund zum Kampfe, oder Klage über die Unbilligkeit der Götter: Jl. XII. 322 f. Hor. Od. III. 2. 14. Endlich schliesst dann 321 genauer an 317, 318.’

Hactenus ille; haec autem plane comprobavit assensu suo Heynius. Neque Bentleius v. 320 non haesit, quem pro ζάτθαν' ὅμως subtiliter λάγχαν' ὅμως coniecerit idem Heynius commemorat. Itaque operae pretium facturus esse videor si dispiciam, num illos versus tam alienos ab hoc loco Achillisque ingenio esse iudicandum sit, quam illi confidenter pronuntiarunt. Satis leviter autem a Koeppenio disputatum est de versu 319. Nam et ipse Achilles ab Agamemnone contumelia se affectum esse conquestus est (conf. A, 355 sq. et I, 386 sq.), et Nestor Agamemnoni exprobravit quod Achillem contemptum tractasset nulloque in honore habuisse I, 109 sq. Speciosiora sunt quibus v. 420 subditicium esse demonstratur. Nam quod homo iners non minus mortuus est vel, ut plurimi interpretantur, mori solet, quam qui multa perfecit, eius rei crimen sane non potest in Agamemnonem conferri, neque quum Achilles se cupiditatibus nimis perturbatum esse non ostendat, nec concitatori oratione utatur, dicendum est illum ad sententiam per se quidem veram sed ab hoc loco alienam abreptum esse. Sed omnis difficultas tollitur, si eorum virorum quos supra nominavi aliorumque auctoritate non abrepti a recta via verbis ζάτθαν' ὅμως ὁ τ' αἰεγὸς ἀνήρ ὁ τε πολλὰ ἔοργως sententiam subiicimus eam quae in hunc locum et in ipsum Achillem quam maxime convenit.

Achilles igitur dicit hoc: *mortuus est pari ratione et homo iners et is qui multa perfecit i. e. par eademque ratio est mortuorum, et eorum qui nihil fecerunt et eorum qui multum laborarunt.* Neque vero personae Achillis, quem notum est maluisse vitam brevem et honoratam quam longam et ingloriam degere (nam I, 401 sqq. honoris gloriaeque studium maiori irae explendae cupiditati ad tempus cedit), quidquam potest aptius esse, quam quod mortuorum adeo discrimen quoddam esse vult, atque quum hoc non sit, eodemque loco et in vita et in morte omnes habeantur, pugnare recusat. Inanes igitur motae sunt a Koeppenio et Heynio suspicione, Bentleiique conjectura λάγχαν' ὅμως eo minus necessaria, quod hoc ipsum satis iam significatum est v. 318: *ἴση μοῖρα μένοντι, καὶ εἰ μάλα τις πολεμίζοι, neque probanda I. H. Vossii aliorumque in eandem sententiam interpretatio:*

Gleich auch stirbt der träge dahin und wer vieles gethan hat.

Non contempnendum autem est codicis alterius Veneti et Lipsiensis, cuius nemo rationem habuit, scholion hoce: *κάτ θαν' ὅμως: ὅρον οὐκ ἔχει κατηγορίας θυμός. τοῦτο δὲ πρὸς τὸ τύμπον δ' αὐτῷ πνοὴν (H, 336), οὐ γὰρ πρὸς τὰς πράξεις ὁ τάρος.*

§. 8.

His addere placet locum quandam ex ea oratione sumptum qua Achilles etiam quae Phoenix suaserat reiecit. Sunt autem versus I, 607—610.

Φοῖνεξ, ἄττα γεραιέ, διοτρεφές, οὔτι με ταύτης
χρεώ τιμῆς — φρονέω δὲ τετιμῆσθαι Διός αἰση —
ἥ μ' ἔξει παρὰ νηυσὸν κορωνίστην, εἰςδόκ' ἀντμή,
ἐν στήθεσσι μέρη, καὶ μοι φίλα γούνατ' ὀρώρη.

Atque Heynius quidem existimavit verbis *ἥ μ' ἔξει κ. τ. ἐ.* orationem prorsus turbari; quibus electis eam bene sibi constare, ipsamque sententiam, quum Achilles discessum minaretur, nec usque ad mortem apud naves manere vellet, ab eius persona abhorrente. Koeppen. autem miro quodam modo haec interpretans scribit: ‘*ἥ* (wahrscheinlich *αἴση*) *ἔξει*, geehrt zu sein hoffe ich fest durch Jupiters Schickung, die hier im Lager mir zu Theil werden wird. Achill zweifelt nicht, dass Jupiter die Noth der Griechen noch höher werde steigen lassen, um seine gekränkte Ehre völlig zu retten.’ Hic autem in errorem deductus est potissimum eo, quod pronomen *ἥ* ad vocabulum proximum *αἴση* referendum esse putavit. Simili modo aliis quoque locis peccatum esse scimus. Quasnam turbas excitarunt ad hunc usque diem Cic. Tusc. I, 1, 3 verba illa: *qui fuit maior natu, quam Plautus et Naevius*, quae neque sine detimento sententiae abesse, nec doctrinae ostentandae causa addita, sed necessaria quodam modo esse mihi quidem persuasum est. Latinos enim serius accepisse poeticam quam Graecos ut demonstraret, Cicero mentionem, fecit Livii eiusque fabulae C. Claudio, M. Tuditanu consulibus anno ante natum Ennium datae, ita ut omnem iam rationem ad Livium referri pateat. Qui autem in litteris Latinis ita rudes et hospites erant, ut illud ignorarent, hos non modo alienum sed necessarium videri debuit docere, Livium Plauto fuisse natu maiorem. Quemadmodum autem scri-

ptores et Latini et Graeci eadem adeo verborum comprehensione, quum ipsa sententiarum ratio ad verum ducat, non dubitant ab uno ad alterum subiectum quod dicunt mutatione non significata transire, ita loci non pauci inveniuntur, quibus pronomen relativum, quum quo pertineat obscurum esse non possit, ad remotius non proximum nomen referendum sit. Ut unum non dissimilem locum ex eisdem Tusculanis proferam, scriptum est IV, 22, 49 *At sine hac gladiatoria iracundia videmus progredientem apud Homerum Aiace multa cum hilaritate, quum depugnaturus esset cum Hectore. Cuius, ut arma sumpsit, ingressio laetitiam attulit sociis, terrorem autem hostibus, ut ipsum Hectorem, quemadmodum est apud Homerum, toto pectore trementem provocasse ad pugnam poeniret.* In his verbis pronomen relativum *cuius* non ad proximum nomen *Hectore*, sed ad remotius *Aiacem* referendum esse perspicuum est. Neque, ut oratio ad Homerum redeat, eiusdem generis non est E, 43 sqq.

Ίδομενεὺς δ' ἦρα Φαιστον ἐνήρατο, Μῆνος νιόν,

Βάρον, ὃς ἐκ Τάροντος ἐριθώλακος εἰληλούθει.

quo loco verbis ὃς — εἰληλούθει non Borum, sed Phaeatum significari apertum est; et E, 59 sq.

Μηριόνης δέ Φέρεκλον ἐνήρατο, τέκτονος νιόν,

Ἄρμονίδεω, ὃς χερσὸν ἐπίστατο δαίδαλος πάντα

τεύχειν. ἔξοχα γάρ μιν ἐφίλατο Παλλὰς Ἀθήνη.

sententia quae verbis ὃς — τεύχειν continetur quin ad Phereclum referenda sit dubitari non potest propter ea quae sequuntur. v. 62 sq.

ὅς καὶ Ἀλεξάνδρῳ τεκτήνατο νῆσος ἐίσας

ἀρχενάκους, αἱ πᾶσι κακὸν Τρώεσσι γένοιτο

οἵ τ' αὐτῷ· ἐπεὶ οὕτι Θεῶν ἐκ θέσφατα γῆδη.

Neque enim fieri potest, ut quum post πᾶσι Τρώεσσι tanta cum vi addatur οἵ τ' αὐτῷ communis omnium Trojanorum calamitas, quae itidem Harmonidae inciderit, intelligatur; et eam ob causam si Homerus dicere voluissest Harmoniden sibi ipsi navibus illis aedificatis perniciem parasse, quod filius a Merione imperfectus esset, id, siquidem divini illius poetae virtutes aliquo modo perspexi, non dubito affirmare pluribus verbis ac magis distincte declaratum esse. Huc accedit aliud non minus grave argumentum. Nominum enim impositorum quae ratio fuerit apud Homerum Hesiodum alios poetas antiquos late patens, atque etiam ad scriptores interdum propagata si tenebimus, non Harmoniden arte fabricandi insignem fuisse dicemus, sed Phereclum, quum hac re praeter ceteros excelleret, patrem, cui Harmonidae nomen fuerit, habuisse perhiberi. Itaque Phemius, cuius schol. A. opportunè mentionem fecit, Terpiadae filius dicitur ζ, 330. Conf. quae de hac re quum Nitzsch. ad Odyss. α, 8, tum Welcker. opp. vol. I. p. 1 sq. egregie exposuit. Atque hoc ipsum quum ab Aristarcho neglectum non sit, est sane quod mirere eius tamen sententiam eo inclinasse, ut Harmoniden intelligendum esse censeret. Adnotatum est enim ab schol. A. ad. v. 60. *Ἄρμονίδεως διπλῆ, ὅτι ἀμφίβολον πότερον δέ Φέρεκλος ἐπήξε τὰς ναῦς ηδὲ Ἀρμονίδης, εἴφ' οὖτις Αρισταρχος φέρεται.* Sed haec, nisi quid ante εἴφ' οὖτις excidit, aut parum accurate et diligenter scripta sunt, aut Aristarchum ad Harmoniden propensiorem non fuisse dicendum est, sed uter intelligeretur dubitasse.

Confidentius autem scriptum est in Veneto altero et Lipsiensi ad v. 62 hocce: ὁς: ὁ Ἀρμονίδης,
ἐπειδὴ ὁ Φέρεκλος πρὸς τὰ δεύτερα ὑπαντῖ, ὡς καὶ Λυκόφρων τράμπις σ' ὀχήσει καὶ θερέκλειοι
πόδες.

Sed ut iam eo unde defleximus revertamur, illius loci, de quo disputare incepimus, non est dispar ratio. Nam qui ἡ ad vocabulum αἴσῃ referri vellet, ei nihil aliud reliquum esse recte vidit Spitzner, nisi ut Eustathium secutus statueret, ‘Achillem ambigue et perplexe dicentem vel invitum et inscum mortem sibi vaticinari.’ Achilles autem neque is fuit, qui se invitum retentum iri diceret, et consilium suum domum redeundi et vita otiosa paternis fruendi bonis non obscure significavit v. 356 sqq. et 428 sq. Hoc ipsum autem quum Achillis ingenio insatiabilique gloriae ac rerum gerendarum cupiditati quam maxime contrarium sit, mirum esse non potest, quod ei sententia cras iam navium solvendarum non ita stat, ut eam nullo modo retractare ac mutare voluerit. Conf. 618 sq.

ἄμα δ' ἥστ φαινομένηφιν

φρασσόμεθ', ἡ κε νεώμεθ' ἐφ' ἡμέτερ', ἡ κε μένωμεν.

et 650 sqq.

οὐ γάρ ποιν πολέμου μεδῆσομαι αἰματόετος,

ποιν γ' νιὸν Πριάμοιο δαΐρονος, Ἐκτορα δῖον,

Μυρμιδόνων ἐπί τε κλισίας καὶ νῆας ικέσθαι

κτείνοντ' Ἀργείους, κατά τε σμῆσαι πνοὶ νῆας.

ἀμφὶ δέ τοι τῇ ἔμῇ κλισίῃ καὶ νῷ μελαίνῃ

Ἐκτορα, καὶ μεμαῶτα, μάχης σχήσεσθαι δίω.

Quae quum ita sint, pronomen ἡ necesse est referatur ad τιμήν. Hoc quidem vult Damm. *lex. Hom. s. v. ἔχω* ita interpretans: ‘iudico enim, honoratum esse me decreto et fato Iovis, quod me habebit, apud naves i. e. in castris: ubi παρὰ νηνοὶ pertinet ad τετιμῆσθαι, et sensus est: fatum Iovis (die Schickung, das Schicksal [fate]) quod me honorat iam in castris graecis; cum absente me oppugnantur castra et Graeci sentiunt, me absente sibi optimam virium partem decessisse; est honor qui mihi erit aeternus quoad vixerō; ergo alium honorem iam non desidero, hic honor mihi magnus satis est. Si ergo transpositio verborum statuenda est, videtur esse in verbis παρὰ νηνοὶ: et ἡ respicit τιμήν ex v. 604.’ At quis omnia hic esse confusa secumque pugnantia non videt, et quis ille tandem est Achillis quoad vivet honos aeternus? Spitzner denique hanc fore sententiam perquam commodam et Achillis consilio aptam arbitratur: ‘Non opus est isto honore — auguror enim Iovis voluntate me honoratum esse — qui me ad naves rostratas reddet insignem, quamdiu vita ac spiritu fruar.’ Atque hoc ipsum ut iam praeiverat I. H. Voss. ita secutus est Wiedasch. Neque scio an commendationis aliquid videri possit habere inde, quod satis trita sunt apud Homerum θάμβος, θαύμα, σέβας, χόλος et quod propius etiam accedit κλέος ἔχει τιμά. Mihi tamen offensioni est quod Achillem dicere volunt non opus sibi esse isto honore qui quamdiu vita fruatur ad naves rostratas se insignem reddat. Neque enim hoc exiguo honoris modo hominem gloriae cupidissimum contentum fuisse credo. Ille enim, quem Ulixes et Ajax legati inveniunt laudes virorum ad lyram canentem I, 189, non est quod dubitemus quin et ipsum fieri ἀοίδιμον vo-

luerit, facinoraque sua non brevi illo aut vitae suae aut castrorum spatio terminata ac circumscripta quam longissime celebrari. Ac si in castris remanens circa urbem Troianorum pugnaret, ipsi gloriam suam fore immortalem exploratum erat. Conf. v. 412 sq. Itaque ἦ μ' ἔξει παρὰ τηνσὶ κορωνίσιν ita ut Π, 204

τηλεές, ὃς παρὰ τηνσὶν ἔχεις ἀέκοντας ἐταιροντος.
dictum esse existimo. Quo facto huic loco sententiam subesse hanc appareat, ut non opus sibi esse dicat isto Achivorum honore (conf. v. 603), quo si frui vellet quamdiu vivus spiransque esset apud naves relineretur. Itaque Achilles in eo quod supra indicaverat consilio domum redeundi adhuc perseverat, atque eo quod nulli mortalium contigerat satis se honoratum esse dicit, quod Iovis voluntate sive fato duae sibi datae essent sortes, ex quibus alterutrius eligendae sibi facta sit optio. Hanc enim existimo intelligendam esse hoc loco Λιός αἰσην.

Quod in rerum natura saepe fieri videmus, ut res in orbem quendam ferantur, idem mihi hoc loco quodam modo usu venit. Etenim in quam ipse iam delatus eram horum versuum interpretationem, eam postea vidi ab scholiastis BLV. quoque esse propositam. Adnotatum enim est ad v. 607 et 608 hoce: πρὸς τὸ εἰρημένον ὑπὸ Φοίνικος Ἰσον γάρ σε θεῷ τίσουσιν Ἀχαιοῖς φῆσιν δὲ Ἀχιλλεὺς οὐντι με ταῖτης χρεὼ τιμῆς ἥ μ' ἔξει, ὅτιν, οὐν ἀγαθὸν μοι τοιαύτη τιμή, δι' ἥν ἐγώ μέχοι θανάτου ταῖς τανσὶν ἐνδιατρίψω. εἴπε γὰρ ἐι μέν καὶ αὐθὶ μένω, ὠλετο μέν μοι νόστος (412). πιθανῶς δὲ τῇ τοῦ Ἀγαμέμνονος τιμῇ ἀντέθηκε τὴν παρὰ τοῦ Λιός.

§. 9.

His ex Jliade locis petitis, quos conabar rectius quam ab aliis factum esse putabam explanare, placet unum Odysseae addi, in quo explicando interpretes in varias illos quidem sententias discessisse video, sed verum quemquam assecutum esse mihi persuadere non potui. Atque in eo libro qui νέκυια sive νεκυομαντεία inscribitur Ulixes Phaeacibus narrat se quum alias apud inferos convenisse animas tum Agamemnonis qui de sua suorumque morte funesta se certiore fecerit. Ex versibus autem quibus haec exponuntur difficultate quadam laborant 421—426

οἰκτροτάτην δ' ἡκονσα ὄπα Πριάμοιο θυγατρός
Κασσάνδρης, τὴν κτενεῖς Κλυταιμνήστρη δολόμητις
ἀμφ' ἔμοι· αὐτὰρ ἐγὼ ποτὶ γαῆγ χεῖρας ἀείρων
βάλλον ἀποθήσκων περὶ φασγάνῳ. ἥ δὲ κυνῶπις
νοσφίσατ', οὐδέ μοι ἔτλη ίόντι περ εἰς Λίδαο
χερσὶ κατ' ὀρθαλμοὺς ἐλέειν σύν τε στόμῳ ἐρεῖσατ.

Et in his quidem versibus maxima dissensio est de verbis αὐτὰρ ἐγὼ — νοσφίσατο, de quibus equidem ita sentio. Quum Cassandra a Clytaemnestra haud procul ab Agamemnone interficeretur, hic manus tollit, ut quantum possit concubinam tueatur, vel potius ut pro hac coniugi supplicet. Sed quum gladio iam transfixus viribusque exhaustus esset, manus eius humi cadunt et paullo post ipse animam efflat. Vecors autem Clytaemnestra maritum nihil curans aversa secessit. Hoc interpretandi genere neque in ullo verbo quidquam recedimus ab Homeri consuetudine dicendi, et verba cum

ipsis rebus quam maxime convenient. Itaque illud ποτὶ γαῖῃ equidem cum βάλλον coniungendum, neque ita accipendum esse censeo, ut sit humi iacens, cuius generis exempla quamquam supra p. IV. attuli, hic tamen obstat praepositio ποτὶ, cuius loco potius exspectari ἐπὶ recte statuit Nitzsch. Verbo βάλλειν autem quin ea vis quam significavi subesse possit, nemo dubitabit, qui hos contulerit locos: Ψ, 696 sq.

οἵ μιν ἄγον δι' ἀγῶνος ἐφελκομένοισι πόδεσσιν,
αἷμα παχὺ πτύοντα, κάρη βάλλονθ' ἐτέρωσε.

Θ, 306

μήκων δ' ὡς ἐτέρωσε κάρη βάλεν.

Ac quum δ, 358 sq. legatur

ἐν δὲ λίμην εὔορμος, ὅθεν τ' ἀπὸ νῆας ἔσσας
ἢς πόντον βάλλονται, ἀφυσσάμενοι μέλαν ὕδωρ.

atque etiam quis dicatur δάκρυν vel δάκρυνa βάλλειν (conf. δ, 114, 198), patet verbo βάλλειν saepe nihil nisi motus cuiusdam maxime in locum inferiorem subesse significationem. Et ἀποθνήσκων περὶ φασγάνῳ quin accipiatur pro moriens gladio transfixus non video cur dubitari queat. Conf. N, 441 ἀνσεν ἐρεικόμενος περὶ δονοὶ, et 570 δ ὁ ἐσπόμενος περὶ δονοὶ ἥσπαιρε, Θ, 86. Quod autem non leve est argumentum, ea quae sequuntur ἡ δὲ κυνῶπις κ. τ. ἐ. non aliam mihi videntur admittere interpretationem verborum superiorum. Nam qui explicant: χεῖρας αἰρων ἐπέβαλλον αὐτὰς πρὸς τῷ φασγάνῳ ὡς ἐπὶ ἀμύνη, ἡ δὲ Κλυταιμνήστρη φθάσασα ἐστέρησέ με τοῦ ἀμυντηρίου, νόσφι ἐμοῦ ποιησαμένη αὐτό, in quibus est Wiedasch. ita germanice convertens:

es erschlug sie die tückische Klytaemnestra

Neben mir; doch ich selbst, an der Erd' aufhebend die Hände,

Griff hinsterbend bereits nach dem Schwert: doch jene verruchte

Hatt' es entwandt;

aut qui ita malunt: πρὸς τῇ γῇ τὰς χεῖρας αἴρων ἐβαλλον αὐτὰς σφαδαστικῶς προσαρμόττων ἐν τῷ θνήσκειν περὶ φασγάνῳ. ἡ δὲ γυνὴ ἐχωρίσθη μον νόσφι γινομένη, καὶ μὴ τὰ ὅσια ἐπ' ἐμοὶ τέλεσσα, quae vera huius loci sententia Dammio visa est s. v. ἀείρω, neque ab eo recessit Faesius; aut qui I. H. Vossium sequuntur interpretantem:

es mordete sie die meuchlerin Klytämnestra

Ueber mir; aber ich selbst, an der Erd' aufhebend die hände,

Grif noch sterbend ins Schwert der mordenden. Jene, das scheusal

Trennte sich cet.

hi omnes, ne singula quae improbanda sint commemorem, eo reprehendendi videntur, quod id in quo omnis huius loci vis posita est fregerunt et perverterunt. Quis enim est quin sentiat, verba: ἡ δὲ κυνῶπις — ἐρεῖσαι necesse esse contineant aliquid quod eis quae iam dicta sunt contrarium sit? Quid autem? Clytaemnestra nonne videtur, si Agamemnon ei vim illatus fuerit aut gladium inhibiturus, iusta quadam causa se avertisse et mortuo pium noluisse praestare officium? At quanta Clytaemnestra est saevitia, quam nefario animo, si Agamemnonem maritum, qui mortifero vulnere

accepto animam agens humi iacebat, quum ei manus tollens misericordiam, quominus Cassandram innocentem crudeliter interficeret, commovere vellet, adeo non curavit, ut facinore perpetrato ab eo se averteret, et ne oculos quidem quum iam **extremum spiritum effunderet mortuo premeret.**

§. 10.

De verbis apologiae Platonicae 30 E Τὰν γάρ ἐμὲ ἀποκτείνητε, οὐ διδώσας ἄλλον τοιοῦτον εὑρήσετε, ἀτεχνῶς, εἰ καὶ γέλοιότερον εἴπεῖν, προσκείμενον τῇ πόλει ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ὥσπερ ἵππῳ μεγάλῳ μὲν καὶ γενναιῷ, ὑπὸ μεγέθους δὲ τωθεστέρῳ καὶ δεομένῳ ἐγείρεσθαι ὑπὸ μύωπός τυνος· οἶον δὴ μοι δοκεῖ ὁ Θεός ἐμὲ τῇ πόλει προστεθειέναι τοιοῦτόν τινα, ὃς ὑμᾶς ἐγείρων καὶ πειθῶν καὶ ὀνειδίζων ἔνα ἔκαστον οὐδὲν πανόμαι τὴν ἡμέραν ὅλην πανταχοῦ προσκαθίζων, hic disputare constitui, non quo haberem quod prorsus novum afferrem, sed ut eius quem magna in Platone interpretando auctoritate esse scio errorem, si qua fieri posset, corrigerem. Vocabulo *μύωπος* igitur quum satis notum sit et *calcar* sive *stimulum* significari, et *asylum*, sive *tabanum* dici placet, animal equis infestum, God. Stallbaum. re diligentius considerata alteram explicationem praferendam esse censuit, in eiusque sententiam perductus est Dronkius in ea quam paravit sex dialogorum Platonis editione. Quod quibus de causis factum sit agendum videamus. Nam primum, inquit ille, urbanitati et ironiae Socratice parum videtur esse consentaneum, si Socrates dicat se universae civitatis salutem curare tamquam aurigam vel equitem, qui equum ignavum instiget: multo facetius et urbanius se cum musca comparat, quae equum tarde incidentem lacescat et concitet. Quippe ita admonitiones, quibus utebatur, quia plerisque erant ingratae et molestae, verissime cum aculeis comparat, quibus Athenienses ad honesta appetenda et ad mala fugienda gravissime instigentur. Id autem nullo modo equidem intelligere potui, multo facetius et urbanius Socratem cum musca quam cum auriga vel equite se comparare, quum nihil sane interesse existimem, utrum ille in officio a deo sibi imposito cives admonendi adhortandique quibusdam quasi aculeis an stimulis vel calcaribus utatur. Neque satis mirari queo quod Stallbaum. non attendit, quem *μύωπος* usum esse Socrates simpliciter ac plane dicat. Et tabani quidem vel asili equos et alacres fortisque et ignavos aculeis suis pungunt, hic autem equus magnus ille quidem et nobilis, sed ob magnitudinem qui est segnior, concitandus est, in quo non memini unquam me audire vel videre tabanum adhibitum esse; aut calcaria subdi aut stimulum admovei scio. Accedit quod *μύωψ* si idem est quod *calcar* vel *stimulus*, ut haec ipsa Latinorum vocabula, non raro translate de incitamento quodam dicitur, velut τὸν μύωπα ἐμβάλλειν τινί, quod in notione *tabani* non fit. Sed, pergit ille, illa sententia, si Socrates dicat se universae civitatis salutem curare tamquam aurigam vel equitem, qui equum ignavum instiget, nihil habet insoliti atque ridiculi: altera haec longe est mirabilior magisque ridicula, ut recte praemittantur verba εἰ καὶ γέλοιότερον εἴπεῖν. At vir egregius hoc quidem loco videtur non sedulo vereque egisse quod verba ὑπὸ τοῦ Θεοῦ prorsus nihil curavit; nam hoc ipsum Socrates arbitratur ridicule dictum esse posse quod profiteatur sibi illud munus cives urgendi eisque instandi a deo iniunctum esse. Quod denique verba προσκείοθαι et προστεθειέναι et προσκαθίζειν de equite dicta

multas habere difficultates opinatur, de tabano intellecta facillima esse ad explicandum, id speciosius quam verius pronuntiatum est. Nam quum illa verba satis notum sit de quovis urgendi premendi instandi genere usurpari, neque rationem haberri qua id fiat re, quidni de auriga vel equite dicantur perpetuo equos incitante et stimulante? Et si quid inusitatii haberet, id ipsum satis mitigatum esset a Platone. Nam Socrates ἔγείρων καὶ πείθων καὶ ὀνειδίζων ἔντα ἐπαστον idque totum diem omnibus locis si nulla cum equo comparatione facta diceretur προσκεπόθαι τῇ πόλει, ne Stallbaumum quidem ipsum haerere et offendere puto. Itaque quum hinc demum ad simile scriptor delapsus sit, satis patet in verbo προσκεπόθαι premi potissimum notionem *urgendi incitandise*. Neque accurate si agere omnemque vim quae in simili inest percipere volumus, illud ἔγείρεσθαι et ἔγείρων praetermittendum est. Quae quum ita sint ab Stallbaumii sententia recedendum esse existimo.

§. 11.

Proferam ex eodem Platone alterum locum paullo impeditiorem. Dicit Socrates Crit. 48, D haec : Σκοπῶμεν, ὃ γαθέ, ποιητή, καὶ εἴ πῃ ἔχεις ἀντιλέγειν ἐμοῦ λέγοντος, ἀντιλέγε, καὶ σοι πεῖσομαι· εἰ δὲ μή, παῖσαι ἥδη, ὃ μακάριε, πολλάκις μοι λέγων τὸν αὐτὸν λόγον, ὡς χρὴ ἐνθένθε ἀκόντων Ἀθηναίων ἔμε ἀπιέναι· ὡς ἔγώ περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι πεῖσαι σε ταῦτα πράττειν, ἀλλὰ μή ἄκοντος. Atque quum sua sponte quae sententia hoc loco exspectetur aut postuletur nobis offerri videatur, tamen qui in verbis enodandis operam collocarunt, in postremis illis ὡς ἔγώ κ. τ. ἐ. haeserunt omnes. Et maxima quidem difficultas inde nasci visa est, quod dubium esset utri, Critoni an Socrati, illud πεῖσαι tribendum esse diceremus. Iam quum alteram alteri rationem sequendam esse duxerint, in duas admodum partes discessisse videmus interpres. Omnibus autem melius cessisse, ut aliorum opiniones refellerent erroresque corrigerent, quam ut ipsi sententiam proferrent prorsus certam nullique dubitationi obnoxiam quoniam intelligi licet quum ex eis quae Buttmann. et Stallbaum. adnotarunt, tum quae Heinichen. nuper in programmate Gymnas. Zwickaviens. a. 1847 commentatus est, lubens munus illud saepe utilius quam iucundius quid alii praestiterint iudicandi omitto, atque id solum quo Heinichen. difficultatem remotum iri putavit attulisse satis habeo. Is igitur verborum ordinem invertendum esse censuit ita ut scriberetur aut: ὡς ἔγώ περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι σε ταῦτα πράττειν, πεῖσαι, ἀλλὰ μή ἄκοντος, aut: ὡς ἔγώ περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι σε ταῦτα, πεῖσαι, πράττειν, ἀλλὰ μή ἄκοντος. Sed hoc tale est, ut non aliud quemquam fore existimem qui Platoni summo dicendi artifici obtrudere id audeat. Itaque quum neque emendando neque explicando neque traiiciendo nodus adhuc satis expeditus sit, id quod in ordinem cogi nequeat exturbanum et unde irrepserit reiiciendum esse arbitror. Nam illud πεῖσαι ab aliquo qui ταῦτα πράττειν hoc verbo explicaret quin profectum et in margine adscriptum sit mihi dubium non est. Itaque hoc impedimento sublato orationem non adhaerescentem libere fluere videmus.

§. 12.

Eiusdem generis exemplum haud scio an peti possit ex gravissimo rerum explicatore, Thucydide. Is Plataeenses apud Lacedaemonios quum alia tum haec dicentes facit l. III. c. 59: Οὐ πρὸς τῆς ὑμετέρας δόξης, ὡς Λακεδαιμόνιοι, τάδε, οὐτε ἐς τὰ ποιὰ τῶν Ἑλλήνων νόμιμα καὶ ἐς τοὺς ποιούντας ἀμαρτάνειν, οὐτε ἡμᾶς τοὺς εὐεργέτας ἀλλοτρίας ἐνεκα ἔχθρας μὴ αὐτοὺς ἀδικηθέντας διαφεῖραι, φείσασθαι δὲ καὶ ἐπικλασθῆναι τῇ γνώμῃ οὔκτῳ σώφρουν λαβόντας μὴ ὃν πεισόμεθα μόνον δεινότητα κατανοοῦντας, ὅλλ' οἶοι τε ἀν δύτες πάθοιμεν καὶ ως ἀστάθμητον τὸ τῆς ἔνυμφορᾶς ὕπνον ποτ' ἄν καὶ ἀναξιό ἔνυμπεσοι. Atque illa verba φείσασθαι δὲ καὶ ἐπικλασθῆναι τῇ γνώμῃ οὔκτῳ σώφρουν λαβόντας μὴ ὃν πεισόμεθα μόνον δεινότητα κατανοοῦντας, ut probabilem quandam haberent sententiam, interpres variam explicandi atque coniungendi inierunt illi quidem rationem, sed nullam quae ab omni dubitatione remota facilitate quadam ac probabilitate commendaretur. Itaque quum viderim C. G. Kruegerum et G. Hermannum viros graece scientissimos in hoc ipso capite non dubitasse, quin nonnulla corrupta essent, a crimine nimiae audaciae vel eis, quibus ad hanc rationem liberandi scriptoris imprimis pressi a molesta redundantia confugiendum non videtur, me liberum esse futurum spero, quum verbum κατανοοῦντας quo λαβόντας paullo inusitatius dictum explicaretur primum in margine adscriptum deinde in ipsum Thucydidis verborum ordinem receptum esse existimem.

§. 13.

Eis quae nunc quidem ad id quod propositum est e scriptoribus Graecis petere placuit postremus iam accedet locus e Suida desumptus. Apud hunc igitur s. v. Ἀσκληπιάδης scriptum est ita: Ἀσκληπιάδης, Διοτίμον, Μνολεανός· πόλις δέ ἐστι Βιθυνίας, ἡ νῦν Ἀπάμεια καλονμένη· τὸ δέ ἄγωθεν γένος ἦν Νικαεύς· γραμματικός, μαθητής Ἀπολλωνίου. γέγονε δέ ἐπί τοῦ Ἀιτάλου καὶ Εὐμενοῦς τῶν ἐν Περγάμῳ βασιλέων. ἔγραψε φιλοσόφων βιβλίον διορθωτικά. ἐπαιδευσε δὲ καὶ εἰς Ῥώμην ἐπί Πομπηίου τοῦ μεγάλου, καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐπί τοῦ δ' Πτολεμαίου νέος διέτριψεν. ἔγραψε πολλά. His verbis quae continentur ita esse confusa et perturbata, nullo modo ut in unum hominem omnia possint convenire, facile est attendentem perspicere, neque fugit Ionsionium de script. Hist. Phil. p. 168, 206, 215; Werferum in actis phil. Monacens. vol. II. p. 350 sqq., Fr. Ritterum Didym. Chalcent. opusc. p. 33., K. Lehrsum Herodian. script. III. emendat. p. 428 sqq. alias. Sed dum omnes ad res verbis subiectas animum attendant, atque ut huius testimonii aliquis usus sit, pateatque quo tempore et quibus rebus Asclepiadae (nam plures quin fuerint dubitari non potest) fuerint, difficultates aut removere student alius alio, nemo satis probabili modo, aut unquam remotum iri desperant, factum videtur, ut ne id quidem animadversum sit, quod in verbis ipsis corruptum esse mihi persuasum est. Nam quid sibi volunt illa: ἐπαιδευσε δὲ καὶ εἰς Ῥώμην? Haud scio an in his verbis offensum non sit eo, quod memoriae tradidit Strabo III, 4, 3: ὑπὲρ δὲ τῶν τόπων ἐν τῇ ὁρεινῇ δεικνυται Ὀδύσσεια καὶ τὸ ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς ἐν αὐτῇ, ως Ποσειδώνιός τε

είρηκε καὶ Ἀρτεμίδωρος καὶ Ἀσυληπιάδης δὲ Μυρλεανός, ἀνὴρ ἐν τῇ Τουρδιτανίᾳ παιδεύσας τὰ γραμματικὰ καὶ περιήγησίν τυρα τῶν ἔθνῶν ἐκδεδωκὼς τῶν ταύτην. Atque Bernhardius illa Suidae verba interpretatus est: *Romae autem tempore Pompeii Magni docuit.* Sed hoc ipsum quis unquam graece dixerit ἐπαίδευσεν εἰς Ρώμην? Quae quum ita sint mihi iam pridem dubium non fuit, quin vitium quoddam subesset hoc modo tollendum: ἀπεδήμησε δὲ καὶ εἰς Ρώμην, quemadmodum est apud Platonem Crit. 54, A: πότερον ἐὰν εἰς Θετταλίαν ἀποδήμησῃς, ἐπιμελήσονται· ἐὰν δὲ εἰς Λιδοὺς ἀποδημήσῃς, οὐχὶ ἐπιμελήσονται; vel ἐπεδήμησε δὲ καὶ εἰς Ρώμην ut scriptum est apud Demosth. 59, 37: ἐπιδημήσατα Στέφανον τούτον εἰς τὰ Μέγαρα. Illi autem Asclepiadae, quisquis fuit, haud scio an conjectura satis probabili quis suspicari possit ipsum Pompeium vel quum in Hispania illud Sertorianum vel in Asia Mithridaticum finisset bellum auctorem et impulsorem extintisse ut Romanum demigraret. Ex eo enim tempore, quo

Graecia capta ferum victorem cepit et artes

Intulit agresti Latio,

multos alienigenas imprimis homines Graecos Romanum accessitos et deductos esse per principes Romanos horumque consuetudine et amicitia saepe usos esse satis notum est; et de ipso Pompeio ita scribit Drumann. hist. Rom. vol. IV. p. 551: 'Er wünschte auch für einen Beschützer der Wissenschaften zu gelten, und hörte und belohnte deshalb gelegentlich griechische Dichter, Rhetoren und Philosopher; vor Andern würdigte er den Posidonius in Rhodos seiner Aufmerksamkeit. Conf. Plut. Pompei. c. 39 et c. 42. Et Theophanes Lesbius Pompeio familiarissimus et particeps consiliorum eius factus est. Conf. Cic. ad Attic. II, 5, 1. Sed quum haec pluribus persecuti a nostro consilio alienum sit, ad id quod nunc nobis propositum est reverteremur, nisi admoniti essemus, ne fines huic scriptorum generi fere constitutos excederemus. Quare ea, quae, petita e Latinis scriptoribus, iam confecta habebam, in aliud tempus ac locum reservaturus ressecui.

Index

locorum qui aut emendati aut explicati sunt.

Hom. Jl. <i>A</i> , 514 sq.	XIII sqq.	Hom. Jl. <i>I</i> , 675	XIV.
<i>A</i> , 545	VII.	<i>K</i> , 355 sq.	Xsq.
<i>B</i> , 687	IV.	<i>K</i> , 391	XI.
<i>C</i> , 113	IV.	<i>N</i> , 146	XIII.
<i>T</i> , 115	III sqq.	<i>P</i> , 404 et 412	XII.
<i>E</i> , 43 sq.	XVIII.	<i>S</i> , 603	IV.
<i>E</i> , 62 sq.	XVIII.	<i>T</i> , 182 sq.	XIV sq.
<i>E</i> , 661 sq.	XIII.	<i>Ψ</i> , 334 et 338.	XIII.
<i>Z</i> , 158	IX.	Hom. Od. <i>α</i> , 272 sq.	XIV.
<i>H</i> , 271 sq.	XI sq.	<i>λ</i> , 423 sq.	XX sq.
<i>H</i> , 416	XIV.	<i>π</i> , 340	XIV.
<i>Θ</i> , 213	VI.	Plat. apol. 30 E.	XXII.
<i>I</i> , 156	IV.	Crit. 48 D.	XXIII.
<i>I</i> , 309	XIII sq.	Thucyd. III. 59.	XXIV.
<i>I</i> , 319	XVI sq.	Suid. s. v. <i>Ἀσκληπιάδης</i>	XXIV sq.
<i>I</i> , 609	XVII sq.	Cic. Tuscul. I, 3	XVII.

Bonnae typis Caroli Georgi.

